

2013

/ Roberto Bellarmino S.R.E. Cardinali. Romam.

Ill/me et R/me Domine.

Per mortem carissimi fratris quocum labores et curas partie-
bar, ut ego librorum impressioni, ille venditioni intenderet, lit-
5 terarum officium aliquandiu intermisi, quod insuper infirmorⁱ mea
valetudo et plura a fratris morte negotia retardarunt. Interea
De septem Christi verbis opusculum absolvi, cujus tria exempla
Ill/mae G.V. per D. Andream Brugiotti mitto, una cum Bibliorum
exemplo in 4^o, quorum novae editioni capitum summaria, alias ist-
10 hic a Sacra Congregatione approbata, inseruimus, et eximius D. Fran-
ciscus Lucas novum correctionum Bibliorum libellum adjecit, de quo
Ill/mae G.V. sententiam intelligere aliquando desiderat. A S/mo
Pontifice (Ill/ma G.V. intercedente) praesidium aliquod speravi
adversus aemulos qui a fratris Joannis obitu, cujus animo Deus
15 benefecerit, vehementius instant, et vetus typographiae Planti-
niana privilegium infrangerit. commodiorem vero Bullae Clementis
VIII Breviario et Missali praefixae interpretationem expectavi,
ut non cuivis passim imprimere liceret, cui ordinarias licentias
concederet; sed cui Sanct/mus Pontifex facultatem indulgisset,
20 huic insuper ordinarii licentias necessarias esse, eo quod impre-
ssionis recensendae cura ei mandetur. Quaeso Ill/mam G.V. offi-
cinae Plantiniana, per recentem fratris mortem haud parum afflic-
tae, quatenus ratio atque aequitas admittunt, favere et succurre-
re dignetur. Antverpiae, in ipsa eadem officina, XXII Junii M.DC.
25 XVIII.